

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis

Jonston, Jan

Amstelodami, 1661

Caput IV

urn:nbn:de:bsz:31-97032

CAPUT III.

DE IGNE FATUO,
Helena, Castore, Polluce.

Circa sepulchra & patibula, ignis degit fatuus. Viscosa enim & pingui exhalatione, tanquam parente gaudet. Nocturni aëris ~~avintez~~ accendit, & ad motum aëris variis cietur agitationibus. Accedentes viatores fugere videuntur, recedentes sequi. Causa in aëre est. Propellitur in cursu, propellit & ictos, in fuga sequitur, comitantur & ipsi. Hinc viatorum spepe pericula. Fagorum dum esse existimant lumina in paludes conjiciuntur. Tria sequentia in mari apparet solent. Graves sunt, inquit Plinius l. 2. c. 37: *ha-
sella, si solitaria venere, merguntque navigia, & si in
carina ima deciderint, exurentes. Gemina autem salu-
tares, & prosperi cursus prænuncia, quarum adventum
fugare illam diram ac minacem Helenam ferunt.* Ob id Polluci & Castori istud numen assignant, eos in mari invocant, navibus tanquam duces tutelares assignant. *Aetor. 28. cap. 11. De Helenæ sydere: sic Cardanus lib. 2. de subtil. Ejusdem ferme generis est Helena sydus, circa malum navis, quod cadens etiam anea vasa colligat, certus submersione nuncius.* Nam solum in gravibus existit tempestatis, nec nisi crassissimo spiritu, & magna ventorum vi, vapor ille cogi potest in navi & ardere simul; unde etiam imminentem nunciat perniciem.

CAPUT IV.

DE IGNE LAMBENTE.

Ignis lambens ex subtili & pingui exhalatione ortur, & animalium pilis ac vestibus adhærescit, imo calidioris si fuerit temperamenti, ex sudoribus illorum accen-

M E T E O R O R U M .

103

accenditur. Tale quid de Ascanio Virgilius 2. Aeneid.

Ecce levis summo de vertice visus Iuli

Fundere lumen apex, tacluque innoxia molli

Lambere flamma comas, & circum tempora pasci.

Refert Cardanus cuidam amico suo lib. de variet. 10^o

cap. 49. cum hora prima noctis venisset, in palli consueta depositione, scintillas à dorso petasi profluisse: intra dies autem 15 benefici accusatum, suā amicorum in exilium ivisse. Servio Tullio etiam tuni puerulo dormienti, circa caput Hammam emicuisse, domestici oculi annotaverunt. Quod prodigium Prisci Tarquinii Regis uxor Tanquil admirata, Servum servatum, in modum filii educavit, & ad regium fastigium evexit. Valer. Max. l. 1. c. 6. Livius lib. 1. Ex L. etiam Martii dueis duorum Exercituum, quos interitus Pub. & Cn. Scipionum in Hispania debilitaverat, capite concionantis eluxit. Paulo ante mortem Iulii Cæsaris virti capitibus ardentibus passim discursare visi sunt. Suetonius. Cum Bamba Gothonia Rex inungereatur, oleum minutissimas de se sparsit Hammulas. Funcius in Chron. & in prima sancti Martini Taronensis Missa, ex hostia flamma emicuisse dicitur. Sabel. l. 1. c. 4. Lenæ puer detracta per occiput interula scintillas copiosas una detergit. Libav. l. 1. de Origine rerum. Caumontia Heroinæ, in mediis tenebris capillus dum peccitur, ignem vomere visus est. Equum ad Cataphratti usum è Calabria candidum habimus: inquit Scalig. Exerc. 174. Is in tenebris ubi frigile fricatur, scintillas ejaculari videbatur. At causam ponunt refractionem luminis in subiecto lavi, sicut in aëre torante, guttulæ sunt, quasi singula specula, ita in capite piloso, pingui, viscido, squammoso pili vel squammæ. Sed & in insectis aliquid ignei apparere dicitur. In Insula enim Solebe tam excellenter singulis muscæ splendent noctibus, ut singulæ appareant faces. Libav. l. c. Vermis figura stellæ reperitur, qui noctu lucet ut stella. (fors est stella marina, ex cuius liquore Chymici pollicentur lucidum) Ex vermium quorundam in Hispaniola Insula juncturis, lux emicat plurima, pru-

D^r 4.

nam.

A N D A

T III.

F A T U O.

re, Polluce.

, ignis degi fave-

ulatione, tanquam pa-

tegmezus accen-

tur agitationibus,

, tece dentes sequi-

cursu, propellit de

& ipsi. Hinc vi-

esse exillimantur

sequantia in matu-

Plinius l. 1. c. 57.

ngue navagia, &

Gemina autem

ia, quarum aduen-

Helenam seruat.

O

asignant, eoz in

duces turelatus alleg-

ena. Sydere: sic Cor-

ne generis est Helenæ

en etiam ana ual-

ecia. Nam solu-

ec nisi crassissimi-

por ille cogi posse

am imminentem

U T IV.

L A M B E N T I

li & pingui exhalan-

ac vestibus solem-

amen, ex fodiens

BLB BADISCHE

LANDESBIBLIOTHEK

104 A D M I R A N D A

nam imitatur fulgore. Sunt & alii qui non minor quam centum paſuum interſtitio lucem emittunt: neque tamen à toto corpore illa, ſed juncturis. In Hispania novi orbis muſca fertur scarabei magnitudine, vagini pennis, Cocujus nomine; cujus oculi noctem illuminant, ut cerea candela pro lucerna ſit noctu ambulantibus, pro ellychnio in cubiculis, ad cuius lu-men legi ſcribique poſſit; nec tantum vivæ ſed & mortuæ. Quidam enim funiculos ex iſtis candelis faciunt, colloque appenſis ſibi præludent ad iter faciendum. Cauſa vero non in ignem lambentem conſi-citur, ſed in humoribus animalium in repercuſionem; quædam in ſe lucens aliiquid habere creduntur. Certe cicindulae inluſte pugno, ſi per timam in maxime te-nebricofa nocte aſpexeris, lucem emittunt. *Reiſchius* ait, Pifces squammis partem comprehendere igneas, quarum beneficio luceant. Delphini exemplum com-probare videtur. Nocte enim aureus appetet, cum in tergo ſit cæruleus, in lateribus vitidis, ventre albus. *Reiſchius in Margarita Philosoph.* Claudat hoc caput portentum quod anno M. XCIII. accidit. Eo enim gridae noſas Ap̄tilis circa diluculum ſtella per plures ſimul cecidiſſe in terram viſa ſunt. Inter haſ cum u-nam Maximus quidam in Francia ſupereret, & notato loco aquam ſuperdiſſet, fumum cum fervoris ſono inde exire magis stuſuit. *Lycost.*

C A P U T V.
DE FULGURE, FULMI-
NE & TONITRU.

Generationem Tonitru penitus qui inspicere vo-luerit, Chymicos conſulat. Quoties enim cunque Salipetra Sulphuris acceſſit portio, ingens editur ſtre-pitus: & aurum fulminans majore ferri impetu dice-mus. Notum etiam ex Nitro, Sulphure, Calce viva & Bituminibus ſi fiant miſturæ, humidi asperſione accen-di-